



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Seruus, arcano, sed justo Dei iudicio, pede mutilatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

ApoC. 3. 19.

S. Augustin.  
epist. 137.

virtutem maximi æstimat, eos solet in maximis discriminibus hosti opponere. Sic & DEVS, quos amat, arguit & castigat, æquè bonus utique in amicos, quibus præbet merendi occasionem, atque erga inimicos justus, quos pœnis emendat. Negari non potest, tristia sunt, quæ aduersa sunt, sed solari nos debet & tristium utilitas, & iustitia iudiciumque DEI tristia immittentis. *Manifestum est quidem, inquit S. Augustinus, quia ista in Ecclesia non accidunt, sine graui tristitia sanctorum fidelium; verumtamen consoletur nos, qui cuncta prædixit, atque, ut abundantia iniquitatis non refrigescamus, sed in finem perseueremus, ut salui esse possimus, admonuit. An non admonuit, cum dixit: Hac locutus sum vobis, ut non scandalizemini? Quod si scandalizari nos noluit, cum videmus pessima, quæque perpeti innocentes, quanto minùs offendi nos par est, cum reos plectit? Bonos defendit, cum malos castigat; immò ex malis vult facere bonos.*

V.

At non videmus crimen, ob quod iste sanitatem amisit; ille pedem, alius oculum, alius omnino vitam perdidit? Satis est, si videt DEVS. Non cadet, qui iudicio crediderit diuino, quod tamen ipsum haud rarò erumpit in apriculum, ad nostram fidem erudiendam. *Henricus in dioptra exemplorum narrat, cuidam viro nobili fuisse multis annis seruum inprimis fidum & gnauum, adeoque ad omnia imperata promptissimum. Vsu venit, ut dominus per siluam equo vehens vidulum argenti triginta pondo, seruo ponè sequente, ne aduertente, perderet. Vbi ad flumen ventum, herus folliculum pecuniarum desiderat, quarit è seruo inuenerit ne amissam bulgam? negantem illico irâ inflammatus, ac propè in rabiem actus, stricto ferro persequitur, pede truncat, semniceque relicto, viam, qua inceserat, argento quarendo relegit. Seruus dolore pedis recisi propè exanimatus siluam einlatu complet. Exciuit lamentabilis vox anachoretam haud procul inde degentem: reperit is humi iacentem, pedemque pessimè multatum. commiseratione commotus compellat, & quam potuit verborum maledam adhibet. Enimuero propius eum à morte abesse ratus hortatur ad salutarem peccatorum expiationem, monetque, hero ut suo ignoscat, Deum quoque, perinde clementem in se experturum. Parati ad omnia confessionem excipit, causamque facti totâ intelligit; unde maiori affectu infelicem persecutus in cellam suam deportauit, maximaque curâ infer-*

nire

Ioseph. Ballardin. lib. 3  
cap. 47. &  
post eum  
Matth. Rader  
part. 1. Viri-  
darii. 28. Ia-  
nuarij.



uire & mederi quibus potuit officijs institit. Interim animo secum pertractans miserandum innocentis hominis casum, quasi offendeatur in Deo, qui insontem seruum tam atroci calamitate, tantisq; arumnis premi opprimiq; passus esset. Hec indigna de aquisimo sapientissimoq; Numine, inique cogitanti adstat internuntius Dei, voceq; huiusmodi affatur. Quid moueris indignarisq; super iusto & abdito providentia diuina iudicio? an ignoras psalmos? Deum iustum iudicem, & rectum iudicium eius? Haud nescio, inquit Anachoreta, sepeq; & legi, & adhuc credidi: sed hodie sortem innocentis & ultimi seruuli miseratus non potui assequi, quā ratione tanta supplicia propter noxas non adeo graues dependat. Cane, inquit Angelus, tam impiē sentias loquarēq; de sapientissima aquisimaq; sententia Dei: Nam omnes via ipsius iusta & sancta Scriptum probē nos: Iudicia Dei abyssus multa. Proinde noueris huic pedem amputatum, ut iustas pœnas daret, quod hoc ipso iam olim pede iuuenis suam ipsius matrem una uetus ex currus indignis modis deturbarit, nec umquam de hoc scelere, uti par erat, doluerit. Iustus inde Deum ob hoc illum facinus presenti pœnā afflixit, ut mortuo olim posset parcere. Herum porrò scias illius, amissā illā pecunia ad plurima & maxima flagitia in suam & aliorum perniciem & exitium sempiternum abusus fuisse. Abstulit uerò uerissimus Deus occasionem hanc ab illo in terris, ne cali faceret iacturam. Contra is, qui in sacculum argenti amissū incidit, tenuis erat fortuna; sed integra uita numerosaq; familia, qui argentum repertum quamprimum ad curionem suum detulit pro concione proclamandum, ut si quis suum profiteretur, ei redderetur. Parochus diuinitus de repertoris inopiā doctus, cum nemo vindex adesset, partem ex illā inuentori transcripsit, reliquam in reliquos inopes paræcia sua partitus est. Hic religiosus ille silæ cultor suam agnoscere temeritatem, seq; eternis dignum supplicijs faceri, pacem ueniamq; flagitare. Cui Angelus: Iam tibi summa Dei clementia ignouit, prosequere constanti fortiq; animo cœptum pietatis iter, & sempiternis quondam gaudiorum premijs potière.

Adeste hîc primùm, qui perdidisse uos lucrum, amisisse mar-supium, iacturam fortunarum fecisse muliebriter ploratis. Non infortunium, non casus, non furis ea rapacitas fuit, sed diuinum iudicium, sed prouidentia miserentis Dei, gladiumque furioso subducentis. Illā pecuniā ualitudinem suffocassetis; illā crapulæ